ſapientia militis helleborum quo vſus fuerat ad præstantem ingenii ſui aciem exacuendam cum Chryſippo in Philoſophica palæstra deſcenſurus, vt hanc lernam malorum poſsim exprimere, nam moleſtias parit, lingit adulando, mordet detrahendo, aduerſus Deū Opt: Maximum conuicia iactat, et hiſce quatuor malis efficit, ut etiā tragulas iniiciat, tollat Pyladi Oreſten aut Niſo Euryalum, multiplicet Antagoniſtas cane et angue peiores, ſuſcitet rixarum fomites, ſeminet diſcordiæ flam̄as, odia, bella strages, homicidia, parricidia et neſcio qua Lernia mala progenerat. ſed quale ſit hoc malū ſcire deſideratis? vobis reſpondere erubeſco, paruum est quod magna perire facit: lingua enim est, lingua? lingua exiguum illud membrum. pro Deos immortales quantas quámq immenſas malorū ſegetes tam parua támq exigua, vt ita loquar, in orea